



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 3. Ob peccata homines decaluari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

228 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,

necessè est probare, cùm exempla suppetant docentia à capite usque ad calcem siue particulatim & membratim, siue uniusim & per omne corpus, delinquentes aliquos monstrositate plexos esse ac deformatos.

§. III.

Ob peccata, homines decalvati.

A capite incipiamus in quo summum decus capilli, quos legimus aliquando in superbiæ pœnam rufatos, aliquando in iuuenilis petulantiae castigationem canos extemplò factos, aliquando omnino, velut arborum folia, vento difflatos esse. Aptè hīc apponi potest, quod in Societas nostræ historia legitur. *Mulier erat supra ceteras flavo rutiloq; crine decora; qua crinum specie, cùm nimium sibi placeret & plauderet, cœnobij nomen horrebat, ne cogeretur id aliquando decus tonsori immitti committere. Monuit eam Cornelius Societatis Iesu, si crines illos pluris quam Deum faceret, caueret, ne in eis crinibus, quos tantum diligenter, pœnas daret. Diebus interpositis non ita multis, sentit Patrem verissimum fuisse vatem, labarare ex capite cœpit, totaq; illa pulchritudo capilli morbo urgente defluere. Ergo ne calunia pulchri-*

Hist. Soc.
to. 3. An.
1552.

pulchritudinem, evulsis ad unum crinibus
ostentaret, necessitatem in virtutem vertit,
cœnobijq; se latebris, quod antè sic horruit,
occultauit. Monstrosa hæc caluities & pœ-
na fuit, & medicina; supplicium & benefi-
cium. Neque enim, qui dixit: *Vestri ca-*
pilli capit is omnes numerati sunt, itemque *Luc. 21.*
capillus de capite vestro non perhibit, sine caus-
fa non solum capillum unum, sed & om-
nes huic abstulit. *Decalvabit Dominus ver-* *Isa. 3. 17.*
ticem filiarum Sion, & *Dominus crinem ea-*
rum nudabit, dixit minitans Propheta.
Sic superbia crinum tollitur, &c, cincin-
nis supra caput ædificatis, instar Iunoniæ
auis incidentes ad modestiam rediguntur.
Ut enim paucis cristas erigere non potest,
quas amisit, ita nec femina ornare capil-
los, quibus est spoliata. Et spoliata est su-
pra dicta puella, ut virginitate ornata
maneret. Ita præmium ipsa caluitie me-
ruit, quæ fortasse meruisset infernum, si
alios retibus illis illaqueasset, quorum for-
tas non nemo dicturus fuisset, *vulnera-*
sti cor meum in uno oculorum tuorum, & in
uno crine collitui. Quam vtile est, sic de-
formari, ut placeas Deo? quam lucrofa-
mutatio, si dicatur comtulo adolescenti,

Matth.
10. 3.

Cant. 4. 9.

Q 3

aut

230 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,

aut puellæ mundum vanitatesq; deferenti,
& in claustrū Deo consecratarum transe-

Isa. 3. 24. unti : *Et erit pro suavi odore fætor, & pro
zona funiculus, & pro crispanti crine calui-
tium, & pro fascia pectorali cilicum?* Si enim,
ut aliquando Magdalena, crinum super-
bia peccare possunt mortales ; possunt
etiam eorundem vel squalore, vel cinera-

Luc. 7. 38. tione, neglectuque, aut sacro vſu ad Chri-
ſti pedes tergendos conuerso, Deum pla-
care ; maximè autem, si non in Cenchrīs,
sed in monasterijs, ad Numinis honorem,
æternamq; suam seruitutem tondeantur.

Nam huic quoq; rei suum præmium esse,
Ezechiel nos docet , apud quem Deus ita
loquitur : *Fili hominis , Nabuchodonosor rex
Babylonis seruire fecit exercitum suum ser-
uitute magna aduersus Tyrum : omne caput
decaluatum , & omnis humerus depilatus est :*
& merces non est reddita ei , neque exercitus
*eius , de Tyro , pro seruitute , qua seruit
mihi aduersus eam .* Nimirum ob pondus ga-
leæ & loricæ fuerat militum caput decalua-
tum & humerus depilatus , & militum re-
gis Babylonis , quorum opera Deus vſus
erat ad plectendam impietatem . Quod si
igitur militum caluitia præmijs ac mer-
cede

Ezech.
39. 18.

cedē digna videbantur Deo ; quantō præ-
mijs ac mercede digniores erunt , quos
non galeæ & loricæ prementes inuitos
decaluant ; sed qui cæsariem suam spon-
te non Apollini , aut Æsculapio , sed ve-
ro Numini consecrauerunt ? Tantò autem
evidentius fuit beneficium in supra dicta
puella , quod non illam tonsor , sed Deus
caluam fecit , ne ijs implexa capillis im-
plicataq; velut olim Absalom arbori , ipsa
vanitati adhæreret . Pariter itaq; caluitie
punita est , & sanata . Quid conquerimini ,
vetuli , vetulæque , quando vos senectus
depilat , si iuuenibus prodest comarum
priuatio , quæ etsi eos deformes , tamen
pios facit ? Illos pro monstris habetore ,
quibus non iam manus rixantium , aut
iratæ vxores , totos capillorum manipu-
los à capite reuellunt , sed quos insana li-
bido , infectus intemperantia sanguis , lues
Galica , & infames cauſſæ crines exuunt ;
vt galericulos , & ficticias atq; aliunde mu-
tuatas comas gestare cogantur . Immo qui
sibimet ipsis , non iam præ ira atque fu-
rore , sed præ superbia pilos radicitus ex-
tirpant . Multi enim viri , multæ feminæ ,
vt senium dissimulent , & floridorem æ-

2. Reg. 18.
10.

Q 4

tatem

232 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,
tatem mentiantur, crines canescere inci-
pientes non tolerant, sed forficulis vel-
lunt; alijsq; & alijs canis subnascentibus,
adeò verticem suum depopulantur, vt tam
glaber sit, atque manus illorum. Quis
eiuscmodi monstrorum caussa est? Non.
ne ipsi? qui oculos quidē hominum fallere
possunt, nunquam tamen mortem deci-
pient, quamvis oculis carentem. Propter
eiuscmodi superbiam, Redemptor noster
peculiare est illud passus, vt per ludibrium
crines illi vellerentur, & olim exprobra-

Isa. 50. 6. tione grauissima dicturus sit: *Corpus meum
dedi percutientibus, & genas meas vellentibus;
faciem meam non auerti ab increpantibus, &
confuentibus in me.* O quām in diuino cō-
spectu formosi sunt, qui sic deformantur,
quosq; non piget imitatione Magdalena
fēdere in puluere crines
*Vibratos calido ferro, myrrhaq; maden-
tes!*

Virgil.
l. 12. AEn.

§. IV.

*Pili color monstrosè mutatus, & pileus mon-
strosus in pœnam datus.*

Melior est hæc mutatio, quām si quis
ab impexis sordibus ad vnguenta transeat
& calamistros. Quemadmodum & satius
est,